



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput III. Omnia monasteria, quæ hic non prohibentur, possunt possidere bona immobilia: numerus personarum in illis pro modo facultatum, aut Eleemosynarum constituendus: nulla sine licentia Episcopis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

„statui paupertatis, quam professi sunt, Sæcul. XVI.  
 „conveniat, nihilque superflui in ea sit, A. C. 1563.  
 „nihil etiam, quod sit necessarium, eis  
 „denegetur. Quod si aliquis quidquam  
 „tenere deprehensus, aut convictus fue-  
 „rit, is biennio activa, ac passiva vo-  
 „ce privatus sit, atque etiam juxta suæ  
 „regulæ, & ordinis constitutiones pu-  
 „niatur.

§. LIII.

*Bona immobilia possidendi facultas  
 Regularibus concessa.*

CAPUT III.

*Omnia monasteria, quæ hic non prohi-  
 bentur, possunt possidere bona immobilia:  
 numerus personarum in illis pro modo fa-  
 cultatum, aut eleemosynarum consti-  
 tuendus: nulla sine licentia  
 Episcopi erigenda.*

„Concedit sancta Synodus omnibus  
 „monasteriis, & domibus, tam vi-  
 „rorum, quam mulierum, & Mendican-  
 „tium, exceptis domibus Sancti Fran-  
 „cisci Capucinorum, & eorum, qui Mi-  
 „norum de observantia vocantur, etiam  
 „quibus aut ex constitutionibus suis e-  
 „rat prohibitum, aut ex privilegio A-  
 „postolico non erat concessum, ut dein-  
 „ceps bona immobilia eis possidere  
 „liceat: quod si aliqua loca ex prædi-  
 „ctis,



Sæcul. XVI. „ctis, quibus auctoritate Apostolica si-  
 A.C. 1563. „milia bona possidere permissum erat,  
 „eis spoliata sint, eadem omnia illis re-  
 „stituenda esse decernit. In prædictis  
 „autem Monasteriis & domibus, tam  
 „virorum, quam mulierum, bona im-  
 „mobilia possidentibus, is tantum nu-  
 „merus constituatur, ac in posterum  
 „conservetur, qui vel ex redditibus pro-  
 „priis monasteriorum, vel ex consuetis  
 „elemosynis commode possit sustenta-  
 „ri, nec de cetero similia loca erigan-  
 „tur sine Episcopi, in cujus Diœcesi e-  
 „rigenda sunt, licentia prius obtenta.

*Sarpus l. 3.*  
*P. 774.*

In ea Congregatione, in qua exa-  
 minabatur tertium hoc caput, vi cuius  
 omnibus Religiosis Mendicantibus con-  
 cessum, ut bona immobilia possidere  
 possent, quamvis eorum Regulis repugna-  
 ret, Frater Franciscus Zamora Gene-  
 ralis Fratrum S. Francisci de observan-  
 tia instabat, ut ipsius ordo exciperetur,  
 nam assererat, quod firmiter hi omnes  
 Religiosi statuissent juxta S. Francisci re-  
 gulam vivere, a qua haud quaquam exi-  
 mendi essent, qui exemptionem non  
 peterent. Igitur satisfactum est ejus  
 precibus, hoc Ordine excepto: sed &  
 Capuccinis instante ea de re F. Thõ-  
 ma Casello ipsorum Generali idem con-  
 cedebatur. Insuper instabat Jesuita-  
 rum Generalis Pater Laynesius, ut ex-  
 cipe-



ciperetur Societas Jesu, nam affirmabat, Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
 quod ecquidem Collegia illa, quæ pro Scholaribus necdum Religionem professis destinarentur, bonis immobilibus frui possent, domus tamen professorum, in quibus proprie Societas consistit, teneantur non nisi ex mendicato vivere, quin aliquod bonum stabile possiderent. Id quoque facile ei concessum est, verum postmodum reversus sua dicta revocabat, atque in exemptione comprehendendi petiit, ita inquires: „Societas „quidem mea perpetuo ex mendicatis „in domibus professis vivet: ceterum „a nobis non id pensi habetur, ut hoc „nomine mundi applausum consequamur; sufficit nobis meritum apud „Deum, quod tanto etiam erit majus, „cum nunquam, quamvis licitum esset, „Concilii liberalitate simus usuri. „ Id consilii de communi sententia illorum quatuor Jesuitarum, qui Synodo intererant, innotuit, proponente Patre Torrensi, qui agebat, hoc pacto liberum ipsis fore, concessione Concilii vel uti, vel non uti, prout commodum videretur.

§. LIV.

*De Religiosorum exitu.*

G 3

CAPUT